DISSERTATIO INAVGVRALIS
MEDICA
DE

# METHODO
# COGNOSCENDI CVRANDIQVE ANIMI MORBOS STABILIENDA

---

QVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
CAROLO AVGVSTO
DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THVRINGIAE REL.
CONSENSV
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
PRO
GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA ET CHIRVRGIA HONORIBVS IVRIBVS ET PRIVILEGIIS
RITE CAPESSENDIS

---

A. D. XXIV. IVNII cIↃIↃCCLXXXXVII.
PVBLICE DEFENDET
AVCTOR
JOANNES GODOFR. LANGERMANN
MAXENO - SAXO.

---

JENAE LITTERIS MAVKIANIS.

203
1797
5.
Metadata, citation and similar papers at core.ac.uk
Provided by Hochschulschriftenserver - Universität Frankfurt am Main
CORE

# THESES.

I) Maniam congenitam in rerum natura extare, mentisque morbos hereditarios eſſe, negandum videtur.

II) Imaginationis et animi affectuum in morbis ſanandis rationem habendam eſſe putamus.

III) Ex magna animi ad literarum ſtudia intentione amentiam oriri poſſe haud eſt credibile.

IV)

IV) Non omnes melancholici, qui ſua manu necem ſibi conſciſcunt, omni culpa et turpitudinis nota liberandi honeſteque ſepeliendi eſſe videntur.

V) Delicta ab inſanis aut furioſis commiſſa, damnaque ab iisdem data caſui fortuito haud aequiparanda, nec iſtos homines facinorum auctores omni culpa exſolvendos damnique reparatione liberandos eſſe cenſeo.

---

## Cap. I.

### *De inſtituto libelli in genere.*

Quanquam evictum eſt, omnem artem humanam certis eſſe limitibus circumſcriptam, ultra quos progredi ſaltem hodie nobis nondum liceat, tamen quemadmodum ſemper fuere ita et noſtris temporibus adhuc ſunt permulti, qui praeprimis a medico non ſolum accuratiſſimam omnium omnino morborum ſcientiam, ſed etiam iisdem medendi facultatem firmiſſimam poſtulent et artem eiusque peritum reprehendant, ſi non ex votis cedat morbi cuiuscunque curatio. Recte igitur inter crimina arti ſalutari noſtra quoque aetate per iniuriam illata et hoc referimus, quod multos auxilium ab ea petentes inopes deſerat, inſanabiles iudicet diisque propitiis transmittat. Quis enim niſi malevolus aut importune facetus artem culpabit aut eius peritum accuſabit, ſi morbus adſit pertinaciſſimus nulloque auxilio depellendus, ad cuius cauſas removendas vires humanae minime ſufficiant, vitaeque aut ſaltem ſanitatis iactura ſit inevitabilis? Accuſet ille naturam, culpet imbecillitatem humanam in genere; ab artis medicae vero et medicorum ſingulari reprehenſione plane abſiſtat. Aliter quidem res ſe haberet, ſi neque quid morbus vel eius cauſa ſit, vel denique



quid

quid ei levando proſit, te ſcire, neque artis peritorum quemquam ſummum inveſtigando morbo adhibuiſſe laborem, tibi fatendum eſſet. Sed tale quid, nimirum ut ſemet ipſum ſimulque omnes artem ſuam inde ab omni tempore profeſſos plane inſcios et coecos fateri cogeretur, nemini vere medico unquam accidet.

Quicquid enim artis noſtrae oſores contemtoresque de medicorum ignorantia et erroribus inprimis circa animi intricatos certe et omnium difficillimos morbos garriant, tamen querelas eorum nihili aeſtimandas et importunas illorum vociferationes abiiciendas eſſe cenſeo. Neminem enim artis noſtrae hiſtoria imbutum nomina virorum et geſta fugient, qui, pro univerſarum literarum tunc temporis conditione experimentis ſatis ingenioſis et adcuratis hoc morborum genus ita examinaverunt, ut, etſi vincere non contigerat, propter diligentiam tamen adhibitam resque alioquin utiliſſimas inventas maxime ſint venerandi. Si praeterea ſatis eſt, in rebus magnis et difficilibus voluiſſe, ſi glorioſum, in artis problematibus ſolvendis multum praeſtitiſſe malaque mortalium invicta et morbos hucusque inſuperabiles ſaltem coercuiſſe; ſane non eſt, quod nugas obtrectatorum curemus, cum hiſtoria medica viros etiam hoc nomine de toto hominum genere meritiſſimos exhibeat atque agnoſcat. Hos nobis exemplar eligamus, quod intueamur, et faſtigium, ad quod adſpiremus, ſi nodi obveniant, quos expedire nulli hucusque mortalium contigerit; hi nobis praeſto ſint, ne ſpem amittamus, memores illius; *qui ſtrenue quaerit, tandem invenit.* Sic ſaltem ego in iis, quae hac opella perpaucis tantum verbis quaſi praefari,

in



in poſterum autem in libro theotiſco ſcribendo latius perſequi et copioſius declarare in animo eſt, ſentio.

Quicquid enim per vitae meae viciſſitudines expertus ſim, nihil certe animum meum adeo attigiſſe fateor, quam deſperatam eorum conditionem, qui ſanae mentis iacturam fecerant, et quis eſt, qui ſine dolore morbi huius triſtiſſimi in dies maiora incrementa *) noſtris temporibus animadvertat? Fruſtra quoque ab iis, qui imperium tenent, auxilium expectabimus, quamdiu conſtat, a medicis



malum

*) Ex pluribus teſtis ſit William Grant. Beobacht. üb. d. Natur u. Heil. d. Fieber, a. d. Engl. 2te Aufl. 1791. Bd. 1 p. 416.) inquiens: „*Daſs die Hypochondrie und die aus ſolcher entſpringende Melancholie und Wahnſinn ſeit einigen Jahren in unſern Gegenden ſehr zugenommen habe, muſs ein jeder einſehen, der die vielen öffentlichen und von Privatperſonen unterhaltenen Hoſpitäler und Tollhäuſer beſucht hat, die ſich in und um London finden. Die Urſache ſcheint mir in dem fehlerhaften Gebrauche der Arzneymittel zu liegen.*“ Cui recte theotiſcus interpres verba addit, quae ſequuntur, veriſſima: „*Dieſe Urſache gilt nur zum Theil, da auch in der veränderten Diät, dem Miſsbrauch warmer Getränke, der jetzigen Erziehung, der mehr eingeriſsenen ſitzenden Lebensart, gewiſſen häufiger gewordenen Ausſchweifungen und Leidenſchaften und ähnlichen Dingen die Urſachen der Vermehrung der Hypochondrie und des Wahnſinns zu ſuchen ſind.*“ Wie wahr dieſes auch für Deutſchland ſey, kann man ſchon daraus abnehmen, daſs zum Beyſpiel in Churſachſen die Stellen für Blöd- und Wahnſinnige in den Zucht- und Armenhäuſern zu Waldheim und Torgau, ungeachtet ſie ſeit dem J. 1772 von 338 bis auf 600 vermehrt wurden, dennoch bey weitem nicht hinreichen, um die von Familien und Gemeinden gemeldeten Kranken ſolcher Art aufzunehmen.

malum hoc, medicamentis remediisque quibusdam (immerito ſaepe laudatis) non ceſſans, integrum per aliquod temporis ſpatium durans, eſſe inſanabile iudicatum et inter morbos deſperatos repoſitum.

Miſerorum, in quos incidi, multitudo et ſtatus maxime dolendus me, ut in hoc morborum genus eorumque cauſas, etiam post tantorum virorum pericula facta iterum inquirerem impulit, remediaque quibus ſanarentur et adminicula ipſis hominum animis inſita ut inveſtigarem incitavit. His quidem pagellis tota diſputatio abſolvi non poterit, non enim eam capiunt anguſtiae libelli; licebit tamen ideam ſaltem proponere generalem eius, quod in poſterum copioſius explicandum nobis ſumſimus. Quod ſupereſt, viros harum rerum iudices humaniſſime rogo, ut ſi quid utilitatis unquam in hominum genus redundare ex labore ſuſcepto ſperent, conſilio mihi et experientia adſint meque errantem meliora edoceant. Multi iam medici adeo clariſſimi hoc ſaxum volverunt, pluriumque fuit in votis, ut res tanti momenti de novo examinaretur; *) ideo-

*) Vid. *Unzeri* librum: *Der Arzt* etc. 3ter Thl. p. 91. *Marcus Herz*: Verſuch über den Schwindel. p. 26 et 33 — *Mauchard*: Phaenomene der menſchlichen Seele p. 19. etc. Conf. imprimis *Mediz. chir. Zeit.* de ao. 1790. p. 241. Ubi recte cenſor humaniſſimus ait: „Jeder, der in der Geſchichte der Medicin nicht ganz Fremdling iſt, wird ſchon oft die unangenehme Bemerkung gemacht haben, daſs wir uns in der Heilart der Gemüthskrankheiten bisher noch keiner ſehr groſsen Kenntniſs rühmen dürfen. In Deutſchland beſonders bleibt eine vernünftige Behandlung dieſes ſchrecklichen Uebels noch immer ein frommer Wunſch." et p. 247. „Von einer anhaltenden, aufmerkſamen, vernünftigen Einwirkung auf die Seele des Menſchen würde man gewiſs in dieſer Art Wahnſinn treffliche Wirkung verſpüren."



ideoque valde dubito, multos fore, qui meum hoc inſtitutum culpandum potius quam promovendum iudicent. Attamen hominibus, ut de quovis in re difficili conatu, ita quoque de hoc eiusque propter infinitum ſic viſum laborem ſucceſſu dubitantibus aurea Baconis verba liceat revocare: „De impoſſibilitate, inquit, ita ſtatuo: ea omnia poſſibilia et praeſtabilia cenſenda, quae ab aliquibus perfici poſſint, licet non a quibusvis; et quae a multis coniunctim, licet non ab uno; et quae in ſucceſſione ſeculorum, licet non eodem aevo; et denique quae publica cura et ſumptu, licet non opibus et induſtria ſingulorum. Si quis tamen ſit, qui malit Salomonis illud uſurpare: *dicit piger, Leo est in via*, quam illud Virgilii: *poſſunt quia poſſe videntur*: ſatis mihi erit, ſi labores mei inter vota tantum ſive optata melioris notae habeantur. Sicut enim haud omnino rei imperitum eſſe oportet, qui quaeſtionem appoſite inſtituat, ita nec ſenſus inops videbitur, qui haudquaquam abſurda optaverit." De augm. ſc. Lib II. praef.

## Cap. II.

### *In aliorum ſcriptorum ſententias, ſimulque in cauſas, cur male hucusque animi morborum medela proceſſerit, inquiſitio.*

Ubi plures patent ad rem quandam aggrediendum viae, quam maxime intereſt ſcire, quae ad errorem ducentes evitandae ſint; operae itaque pretium erit cognoviſſe, quid impediverit, quominus plures animo aegrotantes ſaneſcerent. Quod quidem nemo mirabitur, qui ſcriptores de hac re fere innumeros evolverit atque confuſionem diverſitatemque notionum in definienda et explicanda morbi natura, nec non opinionum de adhibendis remediis inter ſe pugnantium, intellexerit multitudinem.

Antiquiſſimis iam temporibus haec res ab una tantum parte modoque minus recto conſiderata fuit. Opinio enim veteribus medicis fere omnibus erat communis, ſedem et cauſas huius morborum generis ſolum eſſe in corpore, eius habitu et temperamento, in cerebro adfecto, acribus calidisque humoribus, praeſertim atra bile, cui expellendae ante omnia Helleborum praeſcripſerunt, eamque ob cauſam tali modo aegrotantes Anticyram miſerunt adeo-



adeoque vi huius remedii fere admirabili confiſi ſunt, ut Helleborus tanquam *ἀντίδοτον* omnis humanae ſtultitiae in proverbium abiret*). Inde etiam factum eſt ut, multi recentiorum temporum medici,**) quoad ego iudico, magis fortaſſe quam par eſſet, de amiſſo veterum Helleboriſmo tanquam remedio ſpecifico



*) Vſum quidem animi pathematum adverſus mala corporis non ignotum fuiſſe Hippocrati, iam apparet ex eo, quod mulierem vehementi genu dolore magnaque crurum debilitate laborantem *iraſci* iuberet, animam vero ipſam materialam, nempe ſpiritum eſſe tenuem per corpus diffuſum putavit. Galenum vero licet animam rationalem, vegetativam et organicam bene dividit, pathematumque animi vim et uſum ſatis ubique celebravit, veros animi morbus nusquam deſcripſiſſe videmus. Etenim libro, quem ſcripſit *de cognoſcendis curandisque animi affectibus*, nil aliud egit, quam ut mores ſui temporis et vitia caſtigaret moralibusque doceret praeceptis, quomodo homines affectuum intemperantiam comprimere poſſent.

**) Vid. *Lorry: Von der Melancholie*, in der Zueignungsſchr. an M. *Le Monnier*: „Auch unterredeten wir uns zuweilen von dem Holleboriſmus der Alten und von dem höchſt unglücklichen Schickſale der Unſinnigen in unſern Tagen, welche zu ſehr von der Kunſt verſchmäht werden, die ſich lieber ohnmächtig nennen laſſen, als die Beſchwerlichkeiten einer angſtvollen und gefährlichen Kur übernehmen will. Deſſen ungeachtet erſtaunten wir nicht minder, daſs die ältern Aerzte hin nud wieder von der Heilung derſelben, als von einer ganz gemeinen Kunſt ſprachen.“ His addimus, quae habet *Arnold* (*Beob. üb. d. Natur, Arten, Urſ. u. Verhüt. d. Wahnſinns u. d. Tollheit.* Aus d. Engl. v. *Ackermann* 1784. p. 13) verba hic inprimis notanda: „Unſer Unſtern hat uns nicht ſo glücklich werden laſſen, alles, was den Alten über dieſen wichtigen Gegenſtand bekannt war, zu wiſſen. Ihre allgemeine, und wenn man ihnen Glauben beymeſſen kann, faſt niemals trügende Heilmethode

ciſico doleant, cum tamen ipſi praeter humores corruptos ſexcentas alias morbi cauſas et ſpecies reperiſſe ſe iactant.

Facile inſuper eſt intellectu, quomodo Helleboro liberari hoc morbo poterant plures eo oppreſſi, cum draſtica purgantia totumque corpus commoventia eadem et hodie ſaepe efficiant, ubi cauſam morbi materialem apertam, v. c. ſordes, obſtructiones, humores corruptos in viſceribus laeſis aut debilibus ſtagnantes eſſe videamus. Neminem profecto dubitare arbitror, quin tale remedium nunquam amiſſum foret, ſi, quas laudant, virtutes res ipſa et eventus ſemper comprobasſet. Scripſit iam Seneca fortaſſe eo quoque conſilio, „Inſanire omnes ſtultos diximus, nec tamen omnes curamus helleboro.“

Ad nomina deinde morborum quod attinet, quicquid hucusque artis peritis valuerint, veteres tamen ne de eorum uſu quidem inter ſe conveniunt, nec cauſas nec ſymptomata vocibus aequali modo uſurpatis deſignant. Hinc ſaepe ab uno eodemque ſcriptore, v. c. ab *Hippocrate* vocem *Maniam*, *Melancholiam* promiſcue iam uſurpatam, iam morbum eundem vel gradu vel ſymptomatibus plane diverſum indicantem legimus *).

Philoſophi deinde praeſertim *Stoici*, magni alioquin in verbis, verba quoque hac in cauſa fecerunt,

methode dieſer Krankheiten iſt verloren gegangen. Jeder, der nur eine geringe Kenntniſs mediciniſcher Gegenſtände hat, wird wiſſen, daſs ich hier auf die bekannte Art, dieſe Krankheit durch den Gebrauch der Nieswurz zu heilen ziele. Dieſe Kunſt iſt verloren, rel.“

*) Vide Arnold l. c. p. 81 et 25. ſeqq.



runt, ſed medicis parum profecto utilitatis attulerunt, cum ſtultos vel ſponte ſua tales vel inſipientes omnes ad mente alienatos referrent.

Quid autem medico cum rebus legi neceſſitatis exemtis? Curat enim non qui nolunt, ſed qui non poſſunt eſſe ſapientes, quos tamen dignoſci et ſeparari ſaepe vix poſſe, omnino fateor ac ſtatuo.

Sic res fere se habuit apud veteres graecos et romanos, curabant nonnulla corporis mala ſanabilia cum mentis perverſae ſymptomatibus coniuncta, et talia ſunt, quae et nos hodie crebrius forſitan illis ſanamus.

Inter Chriſtianos prioribus temporibus ut omnis ars medica, et curatio huius generis morborum haud magnos progreſſus fecit. Quae enim de diaboli obſeſſionibus ut et de boni daemonis afflatu ad commenta iudaica fere omnes ſomnirent eccleſiae chriſtianae doctores; religione hac paullo latius diffuſa etiam ad medicos et populum tranſibant. Inde factum eſt, ut haud raro non ſolum ad obſeſſos imo etiam ad pios et ſanctos miraculorumque auctores nonnunquam referrentur, quos rectius mente captos pronunciares.

Supervacaneum eſſet, omnes ſcriptorum chriſtianorum enunciationes, quae huc pertinent, enumerare, inprimis cum iam otium hac in re nobis fecerint noviſſimi de Daemoniacis ſcriptores *). In veteris ſtultitiae memoriam, aut ut alii putant, in antiquitatis honorem, proferre tamen liceat verba *Tatiani*



*) V. Semler: Von Daemonen und daemoniſchen Leuten.

*tiani**), ſcriptoris ſaeculi II[di], qui, omnis artis medicae oſor atque contemtor, omnes morbos effici a daemonibus vel ſaltem adaugeri, graecis voluit perſuadere Chriſtianis. Statuit praeterea homo ineptus, homines aegros non niſi fraude ac dolo daemonum, ut remediis naturalibus, herbis nimirum et radicibus utantur hisque ſanatos ſe crederent, ſeduci, nullumque morbum niſi verbi divini virtute revera ſanari poſſe.

Bonis deinde mortalium ita ſenſim diviſis ut Clerici animam, medici corpus, ICti fortunam ſibi vindicarent, iam nemo de curatione morbi, de quo nobis

*) Vid. *Orat. ad Gracos*, ed. *W. Worth*, *Oxoniae* 1700. p. 65. Ωσπερ γαρ όι των γραμματων χαρακτηρες, στιχοι τε όι απ' αυτων, ου καθ' εαυτους εισι δυνατοι σημαινειν το συντασσομενον, σημεια δε των εννοιων σφισιν ανθρωποι δεδημιουργηκασι, παρα την ποιαν αυτων συνθεσιν γινωσκοντες, όπως και ή ταξις των γραμματων εχειν νενομοθετηται· παραπλησιως και των ριζων άι ποικιλαι, νευρων δε και οστεων παραληψεις, ουκ αυται καθ' εαυτας δραστικαι τινες εισι, στοιχειωσις δε εστι της των δαιμονων μοχθηριας, άι προς άπερ έκαστον αυτων ισχυει, ώρικασιν. Επει δ' αν παρειλημμενην ύπο των ανθρωπων θεασωνται την δι' αυτων ύπηρεσιαν, επιλαμβανοντες, σφισιν αυτοις δουλευειν τους ανθρωπους απεργαζονται· πως δ' αν αγαθον μαχειαις υπηρετειν; πως δε και σπουδαιον προς το μισειν τινας παριοντας βοηθειν; η πως ύλη καλον προσυναπτειν, την εις τους μεμηνοτας βοηθειαν, και μη τω Θεω; τεχνη γαρ της θεοσηβειας τους ανθρωπους παρατρεπουσιν, ποιαις αυτους και ριζαις πειθεσθαι παρασκευαζοντες· ό δε Θεος ειπερ αυτα προς το ποιειν, άπερ όι ανθρωποι βουλονται, κατεσκευακει, πονηρων αν ην πραγματων δημιουργος· επει αυτος μεν, παν το ευ πως εχον εδημιουργησεν· ή δε των δαιμονων ασωτια, τοις εν τω κοσμω προς το κακοποιειν εχρησατο, και τουτων εστι της κακιας ειδος, και ουχι του Θεου τελειον. Reliq.





nobis inprimis ſermo eſt, inter medicos cogitavit; quoniam talis generis morbi viribus ſolum ſupernaturalibus aut magicis nec non diaboli adiumento effici credebantur, vulgaris inde fuit opinio, paſſimque hodie eſt, curam animorum eſſe theologorum officium et ſacerdotum. Quantum mali ex tali opinione ortum ſit, quicunque quaeſtiones de magis olim inſtitutas evolvens, reſponſaque theologorum huic rei plerumque ſe immiſcentium legens perſpicuum habebit. Itaque a vero aberrare minime mihi videor, ſi cauſam et impedimentum, quominus medici in morbis animi cognoſcendis magis profecerint, hic quoque reperiſſe me putem. Quam exiguam autem populus recentioribus adhuc temporibus medicis eorumque arti et auxilio fidem habuerit, praeter alia ſatis etiam apparet ex eo, quod *Platnerus* ille neceſſarium duxerit, libello academico a. 1740. praeceptum, „*Medicos de inſanis et furioſis audiendos eſſe*“ tanquam rem fere inauditam commendare.

Non defuerunt tamen ſeculo praeſertim XVI et XVII viri, qui mente captos et alienatos diſquiſitioni ſubiicerent atque de iis conſcriberent obſervata: verum omnibus ſides non eſt habenda, cum multorum certe narrationes fabulis ſcateant inauditis. Attamen mentionem facere hic nos oportet nonnullorum, praeſertim *Joannis Schenckii* et *Theoph. Boneti*, qui regimen pſychicum in animi morbos felici interdum ſucceſſu exercebant, nec non ſcriptis, quicquid vel ipſi vel alii hac in re experti eſſent, diligenter et meliori iudicio adhibito conſignabant. Et quamvis experimenta ad morbis hiſce correptos ſanandos inſtituta conſilio ſaepe certaque methodo ſemper carerent, caſuique ac fortunae commiſſa exitu ideo raro ſe comprobarent; hoc tamen rectius aliis conieciſſe viden-

videntur, animi morbis non vitia corporis tantum, ſed alias etiam in ipſa mente humana latentes ſubeſſe cauſſas. Stratagemata ad mentem perverſam ſanandam diu antea interdum adhibita eſſe legimus apud *Greg. Horſtium*, vide Opp. III. p. 34., apud *Camerarium* (in Sylloge memorab.) *Zacut. Luſitanum*, in Med. pr. hiſt. L. I., et ab omni tempore fortaſſe ad corrigendam aegrotantium moroſitatem et animorum imbecillitatem adhibita ſunt. Quo enim alio niſi hoc conſilio medicis ſolum *mentiri* fuiſſet a Platone conceſſum, me plane neſcire fateor. Animi deinde affectuum ut et imaginationis (tanquam morborum parentis et medicinae) vires in corpus humanum medicos eius aetatis atque philoſophos, quamcunque ſectam ſint ſecuti, comprobatas agnoviſſe adeo multos reperimus, ut ſingulos nominare et allegare huius libelli limites prorſus prohibeant. Quomodo enim hominum animus, eiusque vires, affectus et inclinationes, harumque ſigna naturalia, quibus apparerent, certa liberaeque voluntati exemta, indagari poſſent et inveniri, ſtudium fuit multorum tunc temporis magnorumque virorum longe gratiſſimum *). Verum proh dolor! quo diutius his problematibus torquerentur, eo magis ſcopo ſuo exciderunt, cum plerumque, ubi opus tantum fuiſſet ſimplici experientia, in metaphyſicen luſusque imaginarios inciderent, multaque ideo excogitata, ſed pauca tantum obſervata proferrent. Quae
eorum

*) Locus hic ſaltem ſit nomini clariſſimi *Montaigne*, ſaeculi XVI ornamenti humanaeque naturae optimi ſane interpretis. Nec prorſus fortaſſe praetereundus eſt I. B. Porta, qui ſcripſit: *De humana phyſiognomia libros VI. in quibus dicitur, quomodo animi proprietates naturalibus remediis compeſci poſſint.* Francof. 1592. 8.



eorum ignorantia eo minus excuſari poteſt, quod diutius antea animum legesque, ad quas actiones eius et affectus appareant, examinaſſe atque expertum eſſe *Baconem* videmus. Vid. Lib. VII. de augmentis ſcient. Cap. III. ita inſcriptum: *Partitio doctrinae de cultura animi in doctrinam de Characteribus animorum, de affectibus et de remediis ſive curationibus.* Vide porro Silva ſilvar. ſ. Hiſtor. nat. Centur. VIII. exp. 713 ſeqq. Cent. VII. exp. 945. et 951 ſeqq. ubi varia experimenta, vim qua animi perturbationes corpus afficiant ſpectantia, occurrunt.

Neminem huius aevi iuxta Baconem eodem iure atque de anthropologia meritiſſimum nominare audeo, niſi *Scipionem Claramontium*, cuius egregium opus: *De coniectandis cuiusque moribus et latitantibus animi affectibus*, magni ſemper propter multa recte ac bene obſervata fuit aeſtimatum.

Quae deinde *Carteſius* vana quidem et caduca protulerit in libello: *Paſſiones animae* inſcripto, cogitationes tamen optimas, cauſasque animi affectuum phyſicas bene interdum eum explicaſſe, iisque quomodo imperandum ſit docuiſſe reperimus. Attamen haec neglecta ſunt a medicis, qui potius alia eius principia et opiniones longe inutiliores, nec ſine detrimento interdum arti ſuae adplicaverunt. Qui praeterea illius ſaeculi de pſychologia bene meruerint philoſophi, ſcil. *Hobbeſius*, *Locke*, *Thomaſius*, *Leibnitz*, aptius in philoſophiae hiſtoria enarrantur.

Iam ſi quis fortaſſe expectaverit *Stahlium*, magni profecto ingenii virum et alioquin de animo, tanquam omnis vitae adminiſtratore, nec non de morbis eius multa egregie diſſerentem, eorum quo-
que

que medelam accuratius, quam alii antea, tractaviſſe, magnopere falleretur. Attamen cum verbis eius permultum etiam veritatis ineſſe cenſeam, locum iisdem hic concedendum esſe putavi. Iam ab initio de cardine rei haeſitans ſcribit vir ſummus, *Theor. med.* p. 1418. Membr. VI. de deliriis: „Quanto longius a corporali habitu atque uſu res recedunt, eo inanior certe de illis est ſpeculatio et impeditior conceptus. Luculentum eius rei teſtimonium offerunt nobis variae perturbationes mentis; de quibus proclive argutari quidem datur, argumentari autem et conceptum ſolidum formare irritus ſimpliciter est conatus.“

Optime tamen postea diſtinguit: „quod deliria alia ſint ſimplicius pathetica, alia ſympathetica; illa“ ait, „magis directe et quasi ſimpliciter mentem afficiant. Haec mediate demum, vitali oeconomiae eiusque primariis deſtinationibus et intentionibus magnopere perturbatis accedentia et ſupervenientia. Imo vero ſit ſaepenumero utriusque huius conſtitutionis verus concurſus, ut, inquam, corporis laborioſis perturbationibus et periculis propius impendentibus et propter hanc rem anxiae atque ſollicitae naturae etiam morales angores, timores, terrores comites accedant. Adeoque unita vi perturbatio tanto utique vehementior eveniat. Sicut etiam viciſſim magis directae mentis perturbationes tales, ſi ſimul etiam corporearum adminiſtrationum impedimenta et intricationes ipſis adiiciantur, facile hinc etiam fomitem aut peculiarem maiorem increbeſcentiam incurrunt. Sumunt autem huiusmodi primi generis deliria occaſionem ab ipſius tam abuſivis, quam patheticis perturbationibus, v. g. memoriae atque phantaſiae nimia concitatione et plus quam ferre poſſit exagitatione.“



De his *Stahlium* bene praecepiſſe, remque ipſam acu tetigiſſe cenſeo; nam, quae infra locum habebit mea animi morborum diviſio, eadem nititur hac cognitione. Poſtea vero, quae adhuc de his diſſerit Stahlius, explicat et dividit, paucis obſervationibus exceptis, vel ambigua ſunt, vel plane a vero aberrant. Unde factum eſt, ut, cum de auxilio talibus aegris ferendo uberius agere debuiſſet, verbis rem abſolveret ſequentibus: „Ego hucusque rem ita conſidero: cum illi neque natura, nec ars ulla vera methodo conſulere valeat, ſed ſimpliciter experimento ars ſuccurrere didicerit; non eſſe propterea hanc rem theoriae medicae verum aliquod obiectum, ſed ſolidae atque ſimplicis empiriae.“

Plures deinceps quidem medicinae doctores, etſi perpauci tantum a *Stahlii* partibus ſteterint, de viribus et uſu imaginationis atque affectuum in medicina ſcripſerunt; veruntamen neminem inveniſſe me fateor, qui quanta in verbis ſupra laudatis, totoque *Stahlii* ſyſtemate, in rem noſtram utilis depoſita ſit veritas, excepiſſet, hisque, ut animi pathologiam ſuperſtrueret fundamentis, fuiſſet enixus. Recte quidem nexum, quo mens ac corpus ſociantur, intimum arctiſſimumque, *Gaubium* intellexiſſe, apparet ex *Sermonibus* eius *de regimine mentis, quod medicorum est*; qui tamen, cum omnem curationem medicam ad corpus ſolum et proprie ſpectare contendat, cognitionem animi facultatum viriumque in corpus, medicis eo tantum conſilio commendat, ut rectius de corporis morbis iudicent atque hoc ſaltem intelligant, frequentiſſime in animo cauſam eſſe, quam ob rem corpori ſano male, aut aegro melius

melius fiat, corpusque viciſſim haud raro aegritudinem animi producere et ſanare. Qualis inſuper tum fuerit medicorum de animi facultatibus philoſophia, colligere quisque poterit ex ipſiſſimis Gaubii verbis: „Etiamsi igitur, inquit, quaeſtio de facultatibus mentis humanae, harumque gubernatio ad philoſophos unice proprieque pertinere videatur; animadvertitis tamen, partem eius aliquam a foro medico non parum quoque alienam eſſe, ut cum negare quis poſſit, medicis convenire, philosophandum medicis eſſe negare non poſſit.“

Nexum quoque eundem, qui mentem et corpus humanum intercedat, vimque, qua ſeſe mutuo afficere valeant, *Boerhavium*, et qui de libris eiusdem commentati ſunt, agnoviſſe et medicinam ſtratagematicam niſi exercuiſſe, laudaſſe tamen, certum omnino pluribusque exemplis conſpicuum habemus. Inter alios autem nonnullos, qui poſtea eodem modo de his recte ſentirent, locum occupat ſuperiorem Vir illuſtr. *E. A. Nicolai* qui libro Halae 1751 recuſo: *Gedanken von der Wirkung der Einbildungskraft in den menſchlichen Körper*, multa de phantaſia perverſa, eiusque cauſis recte diſſeruit nec non aliquot exemplis uſum therapiae imaginariae (p. 117. ſqq.) docuit et demonſtravit.

Suppari aetate etiam *Bolten* libello, quem in lucem protulit, *Gedanken von pſychologiſchen Kuren*, Stahlii ſententiis in memoriam revocatis, regulas quasdam non omnino ſpernendas et praecepta addit ad curationem pſychicam ſpectantia, quae tamen intacta relinquimus. Quantam vero lucem huic materiae attulerit, quas auxilio vocaverit doctrinas et quo tandem pervenerit autor, facile quisque perſpiciet



ſpiciet ex ſequentibus, quae ipſe habet, verbis: „*Da aber die Pſychologie*, inquit p. 58., *blos alsdann gründlich erlernet werden kann, wenn man ſie im Zuſammenhange mit denen Wiſſenſchaften durchdenket, mit welchen ſelbige ſo genau verbunden iſt; ſo muſs einer, der pſychologiſche Kuren anzuſtellen lernen will, ſich in der Metaphyſik umſehen. Denn wer in der Ontologie (!) und Cosmologie (!) ein Fremdling iſt, wird nie geſchickt ſeyn, das Gebiet der Pſychologie ohne Anſtoſs durchgehen zu können.*“ Et paulo post, p. 63. „*Die Aeſthetik, Logik, philoſophiſche Pathologie*“ (d. i. Lehre von den Gemüthsbewegungen) „*und Moral ſind demnach die Wiſſenſchaften, welche zuſammengenommen eine vollſtändige Wiſſenſchaft aller Regeln ausmachen, welche man zu beobachten hat, um alle Kräfte der Seele durchgängig zu verbeſſern.*“ rel.

Neque alacrem animo bonique ingenii virum *Krügerum* puta, ut de omni pſychologia empirica,*) ita etiam de animi aegritudinum cognitione plurimis adhuc difficultatibus obſtructa, meritiſſimum hic ſilentio praeterire poſſumus.

Quemadmodum autem viri iam recenſiti multa dederunt praecepta vix affirmanda; ita plura quo-

*) Quam interiecto longo tempore primus iterum iuſtis coercere limitibus atque a metaphyſicis ſeparare conatus eſt in libro: *Verſuch einer Experimental-Seelenlehre* 1756, ubi his utitur verbis, ne hodie quidem ubique conſideratis: *Wenn einmal der Rangſtreit der Wiſſenſchaften entſchieden werden ſollte, ſo würde ſich finden, daſs der Theil der Seelenlehre, darinn man die Seele durch die Erfahrung kennen lernt, welchen ich beſchrieben, zu der natürlichen Hiſtorie gehört.*“

quoque habent probabilia et digna, quae notentur. Nihilominus tamen commune recentiorum medicorum eſt vitium, ut in curandis huius generis morbis exiguam animi ipſius rationem habeant.

Simili modo etiam viri, quos maximi aeſtimo et colo, recentiores de his morbis varia ſcriptis ſuis paſſim admonentes, ſcil. *Tiſſot*, *Zimmermann*, *Weickard*, *Kloeckhof*, rel. quanquam in pathematum exceſſu, in perverſitate et abuſu imaginationis, cauſas morborum mentis bene agnoverint, tamen ipſi morbis hiſce medentes iuſta methodo, therapia nimirum pſychica, vel plane non, vel imperfectiſſima tantum ratione uſi ſunt.*)

Suber-

*) Unicum tantum caeterorum loco exemplum in medium proferre liceat, ſcil. *Weickard* in *Philos. Arzt*, *Bd. II.* cui annexus eſt: *Entwurf einer philoſophiſchen Arzneykunde* p. 420 ad inſaniam curandam, poſt varia ad corpus ſolum ſpectantia, haec inprimis dedit praecepta: „Ueberhaupt iſt Reiſen und Leibesübung ein ſehr heilſames Mittel. Man ermuntere die Patienten und bringe ſie von ihrem Lieblingsgegenſtande ab. Die Kühnen, jene, welche geſchwind reden, im Zorne wüthen, rothe Augen und trockene Lefzen haben, vertragen mehr Aderläſſe, als jene, welche leicht erſchrecken, ſchwach, niedergeſchlagen und furchtſam ſind. Die erſten muſs man durch Furcht, Drohungen, Schrecken, Finſterniſs, Strafen im Zaume halten, und ihnen mehr Salpeter und kühlende Dinge geben; ihnen Fleiſch, Wein und alles Erhitzende verbieten. Die Melancholiſchen müſſen durch Freude, Hoffnung, Muſick, Geſellſchaft, Spiele u. d. g. ermuntert werden. Die hitzige Galle, welche hitziges Blut, Zorn und Hochmuth verurſachen kann, wird durch Pflanzengewächs, kühlende, ſäuerliche und öfnende Dinge gemäſsigt. Ein Wahnſinn von einem Schrecken wurde durch Wein, gute Diät und Ermunterungen



Superſunt noviſſimi quidam hac de re ſcriptores quorum paucis adhuc mentionem faciam.

Noſtris temporibus medicos Britannicos in curandis mente alienatis potiſſimum, et proſperrimo ſaepe ſucceſſu, occupatos eſſe, nemo fortaſſe eſt, qui neſciat; nec eſt, quod ideo miremur, cum indoles atque ingenium nationis optimam ſane et frequentiſſimam obſervandi tales aegrotos eosque curandi occaſionem praebeat, nec unquam ulla gens tot noſocomia vel publica vel privata, inſanorumque hoſpitia optime inſtituta habuerit. Quae in his morbis praeſtiterint ſcriptisque mandaverint *Cullen*, *Arnold*, *Perfect*, adeo ſunt divulgata, ut tacere de his omnino poſſim.

*Harperum* *) vero promiſſis ſuis haud ſatisfeciſſe, quisque concedet qui argumentum cum inſcriptione



ipſius

rungen kurirt. Ein vollblütiges Mädchen habe ich durch Salpeter und eine vegetabiliſche Diät von ſeinem Wahnſinne befreyt; ein anderes durch ſauere Tropfen. Bey einem Wahnſinn nach langen Convulſionen brauchte ich gelinde Ausleerungen, Schmuckers kalte Umſchläge auf den Kopf, innerlich Vitriolſäure.“ Talia forte et caeteri ſupra nominati autores ſcriptis ſuis praecipiunt, qui, quas iterum atque iterum celebrant anteceſſorum proximis ſaeculis curationes pſychicas aliaque huiusmodi geſta, ipſi tamen vix ullo modo imitantur.

*) Vide: *A Treatiſe on the real cauſe and cure of inſanity; in which the nature and diſtinctions of the diſeaſe are fully explained, and the treatment eſtabliſhed on new Principles. By Andrew* ***Harper.*** 1789.

Nonnullas liceat ſummatim exhibere autoris ſententias, (conf. *Mediz. chir. Zeit.* de ao. 1790. N. 39.) „Wahnſinn iſt (p. 19.) die Krankheit, in welcher jeder vernünftige

ipſius libelli contulerit, commentaque eius inter ſe repugnantia, atque male meliusve praecepta intellexerit.

Quanta uſum ſe eſſe felicitate in ſanandis mente alienatis, enarret *Faulkner* ex libello, quem ſcripſit: *Obſer-*

tige Gebrauch aller Geiſteskräfte verloren geht u. welche mit einer unaufhaltſamen Schnelligkeit widerſprechender Ideen begleitet iſt," .... et porro: Wahnſinn iſt eine poſitive und unmittelbare Disharmonie der innern Bewegungen im Senſorium commune, .... kann von keinen bloſs körperlichen Urſachen, z. E. Gehirnfehlern, Krankheitsſtoffen erregt werden; iſt nie mit Elepſie, immer aber mit Erhöhung der Kräfte der Nerven und des Gehirns verbunden. Den wahren Wahnſinn kann nur eine von den Ideen und Leidenſchaften hervorbringen, die ſich über die gehörige Linie des Gleichgewichts erheben, z. E. Ehrgeitz, Liebe etc. .... Jeder Eindruck, Bild oder Idee hat ein beſtimmtes Zeichen, eine Form im Senſor. commune. Jede Idee kann nach Erhöhung und Vertiefung beſtimmt werden, und hat daher ihre Gegenidee, die ſie mäſsigt. Jede ſchmerzhafte Idee hat eine vergnügende, um das Gleichgewicht im Gemüthe zu erhalten. Weil die gegenwärtigen Ideen die vergangenen, die ſtärkern, die ſchwächern verlöſchen, ſo kann Mannigfaltigkeit und Menge der Ideen keinen Wahnſinn erregen. .....; Könnte man allen Thorheiten ſolcher Kranken den Zügel ſchieſsen laſſen, ſo würde die Seele die verſchiedenſten Ideen ſo lange verfolgen, bis keine mehr das Uebergewicht habe."

Quoad medicinam debilitantia, antiphlogiſtica, evacuantia, ſopientia diaetamque tenuiſſimam ſuadet; indicationes autem pſychicas autor non niſi ſequentes habet; I) „Man ſoll die Urſache der Krankheit auffinden und vernichten, II) jede vernünftige ſowohl als thörichte Idee begünſtigen, III) alle lange Aufmerkſamkeit auf einzelne Ideen und IV) alle Geiſtesarbeiten und unangenehme Ideen verhüten."

Videant medici, quid his regulis faciant, quarum priori rariſſime ſatisfieri poteſt, poſteriores vero omnes plane falſae ſunt.



*Obſervations on the general and improper treatment of Inſanity with a plan for the more ſpeedy and effectual recovery of inſane perſons.* 179?. et qui omnibus notus eſt, ſatis conſtat. Permultos enim, quos curandos habuit, animo aegrotantes, ex tribus nempe duos ſemper ſe ſanaſſe affirmat. Inſaniam quoque magis animi morbum, quam corporis eſſe ſtatuit, ideoque animum praecipue, eiusque exhilarationes, remiſſiones et exercitationes reſpicit. Veruntamen et hunc certa quadam theoria uſum eſſe plane non videmus, quod eo minus laudamus, quo magis conſtat, theoriam etſi imperfectam eſſe nulla longe meliorem.

Magnam quoque *Willis* nominis claritatem, praeſertim ao. 1788 regis Britannorum reſtitutione, conſecutus eſt; ſed nunquam, quantum ego ſcio, qualis ſit eius medendi methodus, declaravit. Utrum vero principiis firmioribus utatur, valde dubitandum propterea eſſe puto, quoniam in ſimili cauſa fruſtra et vix ſine detrimento ad experimenta valde periculoſa, v. c. ad ſubmerſionem aegroti inopinatam, eum confugiſſe haud ignoramus.

Brevis eſſe, ideoque iam ſilentio praeterire debeo, quae *Rowley* et alii nonnulli hac in re experti ſint atque ſuaſerint, brevitatis veniam eo facilius impetraturus, quo minus etiam hi methodum, quam quaerimus, docuerunt. Reſtat ut, quos patria noſtra Germania habet ſcriptores nonnullos hac in re noviſſimos adferam. Sententiam itaque, quam de re noſtra tradidit Maimon,*) ingenioſiſſimus



noſtri

*) Vid. *Magaz. z. Erfahr. Seelenk. v. Moritz u. Maimon, Bd. IX. St. 1. p. 16 ſeqq.* Ipſum audiamus loquentem: „Eine Seelenkrankheit iſt derjenige Zuſtand der Seele

worin

noſtri temporis ſcepticus, omnium, qui hanc materiam tractarunt, veritati proximam dignamque omnino

worin ſie ihre freywilligen Handlungen nicht ausüben kann, ſo wie der dieſem entgegengeſetzte Zuſtand Seelengeſundheit iſt, wenn nämlich die Seele ihre freywilligen Handlungen ungehindert ausüben, wenn ſie aus eigner Macht eine Aſſociationsreihe anfangen, fortſetzen und mit einer andern vertauſchen kann. Wovon das Gegentheil bey allen Arten der Tollheit, des Wahnwitzes und der Raſerey zu bemerken iſt, wo die Seele entweder an eine beſondere Aſſociationsreihe ſo gebunden iſt, daſs ſie ſich auf keine Weiſe davon loszumachen im Stande iſt, oder wo ſie ſich an gar keiner zweckmäſsigen Aſſociationsreihe feſthalten kann...... Seelenkrankheit hat entweder Schwäche eines Seelenvermögens oder zu groſse Stärke u. Ueberſpannung deſſelben zum Grunde.... Iſt die Schwäche keine Negation des Seelenvermögens ſelbſt, ſondern bloſs eine Privation ſeiner Wirkung, ſo iſt ſie ein Gegenſtand der Seelenarzneykunde. Entſteht die Privation dadurch, daſs ein anderes dieſem entgegengeſetztes Seelenvermögen die Oberhand erhalten hat, ſo daſs es die Wirkung des gegebenen vernichtet, ſo kommt es hier auf die Unterſuchung an, ob die Summe der Seelenwirkungen überhaupt dadurch vermehrt oder vermindert werde. Im erſten Falle iſt es Scheinprivation und keine Seelenkrankheit, wenn z. B. ein Newton aus Zerſtreuung (eher ſollte dies Sammlung heiſsen) bey ſeinem Nachdenken über das Weltſyſtem zuweilen den äuſsern Wohlſtand verletzt.... Eine Leidenſchaft muſs nicht unterdrückt ſondern gehörig geleitet, oder durch eine andere gemäſsigt werden. Dieſe Kurart geht freylich langſam, aber deſto ſicherer von Statten. Bey gefährlichen Krankheiten muſs man die ſchleunigſten Mittel ergreifen, wenn ſie gleich nicht die beſten ſeyn mögen. Man muſs ohne Zeitverluſt die gefährlichen Symptome zu heben ſuchen.... Es kömmt hier (bey der pſychol. Kur) nicht ſo ſehr auf Theorie, als auf practiſche Beurtheilung an. Es gehört dazu viel Erfahrung und Menſchenkenntniſs und ein hoher Grad von Geduld. Man muſs



omnino cenſeo, quae ab iniuria oblivionis adferatur. Minus recte vero *Herz*, cultor ille pſychologiae, eiusque contra medicos contemtores defenſor acerrimus, mentis morbos conſiderare mihi videtur, qui libro elegantiſſimo, „(*Verſuch über den Schwindel* 1791. p. 20. ſeqq.) non ſolum ſubtilium quam ſingularium ac novarum cogitationum pleno, ſaltem hoc affirmare multisque exemplis illuſtrare conatur: *regimen pſychicum non niſi contra corporis mala eſſe adhibendum, morbis vero animi ſola medicina eſſe medendum.* Cauſas praeterea, quibus efficiputat, ut animi affectuum, arte excitatorum ad ſanandos morbos uſus et eventus adeo ſit incertus, ſequentibus



muſs mit dem Kranken verſchiedene Proben machen und ſich durch einen mislungenen Verſuch nicht abſchrecken laſſen. Freylich dürfen dergleichen Verſuche nicht aufs Geradewohl angeſtellt werden. Sie müſſen durch eine Theorie, dieſe mag noch ſo unvollkommen ſeyn, geleitet werden.... Da Seelenkrankheit in Beraubung der Seelenfreyheit beſteht, dieſe aber zweyerley Art ſeyn kann, daſs nämlich die Seele entweder in Unthätigkeit oder in beſtimmte Art der Thätigkeit geſetzt wird, wovon ſie ſich nicht befreyen kann, ſo iſt die erſte Art der Seelenkrankheiten eine entweder allgemeine, oder in Anſehung einer beſondern Art der Thätigkeit herrſchende Seelenſchwäche, oder die Unfähigkeit, eine Reihe von Ideen zweckmäſsig zu verfolgen; die zweyte Art hingegen eine mechaniſche Thätigkeit, oder ein Zwang, eine gewiſſe Reihe von Ideen beſtandig zu verfolgen. Es verſteht ſich aber von ſelbſt, daſs dieſe beyden Arten nur alsdenn Krankheiten genannt werden, wenn ſie einen merklichen Grad erreicht haben." Ich ſetze hinzu: *wenn ſie länger als bloſse vorübergehende Affecten dauern und oft wiederkehren;* denn eine momentane und ſelten, etwa jährlich einmal ſich ereignende Tollheit läſst man paſſiren. *Tolerabile eſt*, inquit Seneca, *ſemel in anno inſanire.*

bus verbis l. c. p. 24. recte interdum explicat, „*Die Hinderniſſe bey der pſychologiſchen Kur laufen auf folgende hinaus:* 1) *Daſs wir die Natur der Neigungen und Leidenſchaften überhaupt und den Grad ihres Einfluſſes auf die körperlichen Veränderungen, der jedem individuellen Subject beſonders eigen iſt, nicht genau kennen, und* II) *daſs es, wenn wir beydes auch kennen, uns an einem intenſiven Maaſs und Gewichte fehlt, durch das wir den Grad jedes Affects, deſſen wir uns als Mittel bedienen wollen, genau beſtimmen könnten. Es iſt allerdings eine der wichtigſten Schwierigkeiten, daſs wir dieſe moraliſchen Mittel nicht quentchen und granweiſe, wie die phyſiſchen anzuwenden im Stande ſind;* reliq.“

Animi paſſiones nondum accurate eſſe exploratas, perſuaſiſſimum equidem habeo, ideoque quomodo hae corrigi poſſint, in poſtorum prolixius explanare mihi in animo eſt; neque propterea aſſertioni: *rationem eſſe longe aliam animi affectuum, eorumque uſus medici, ob conditionem maxime incertam quam caeterorum medicaminum,* aſſentire poſſum, cum v. c. granum medicaminis alicuius dimidium in aegrotum, qui ſumſit, vim longe maiorem exſerere, quam contra alium grana quinque eiusdem medicamenti valerè atque ideo valde incertam eſſe vim remediorum pharmaceuticorum, quotidie videamus.

Quae vero ſequentibus libri ſectionibus de animi repraeſentationibus, de mora, qua opus ſit, ut completae in animo fiant perceptiones atque conceptus, autor laudatus diſſeruit, non ſine voluptate quisque harum rerum bene gnarus leget atque intelliget. His itaque omiſſis, cum brevius mihi iam dicendum ſit, quam res tanta dici poſcit, ad ea tranſeo, quae de mentis alienatione, de *moria* praeſertim ac melancholia *Erhard* *) commentatus eſt, quemque ideo optima dignum eſſe exiſtimatione putabunt, qui, quantopere de aegritudinum animi illuſtratione promeritus ſit, intellexerunt. Etſi in ſyſtematica, quam incepit, animi virium et facultatum ut et morborum ſeu veſaniae, ſecundum varia varii generis ſymptomata diviſione, **) notionum confuſionem reprehendas; etſi deinde, quibus-





*) Vid. eius: *Verſuch über die Narrheit und ihre erſten Anfänge*, in *Beytr. z. philoſ. Anthropologie* etc. v. *Wagner*. B. I. p. 100 ſeqq. et porro: Erhard: über die Melancholie, l. c. B. II. p. 1 ſeqq.

**) Nulla enim vel a cauſis ſolis, vel a ſymptomatibus diverſis deſumta, morborum diviſio ſatis congruit nec convenit; quamobrem rectius a ſtatu morbi maxime continuo ſignisque prae caeteris conſtantibus ſeu, ut vulgo dicuntur, a *ſymptomatibus cauſae* morborum nominationem atque diviſionem deducendam eſſe arbitror. Tunc, quas ipſe Erhard attulit, ſpecies melancholiae evitabimus ſequentes:

I) *Melanch. vulgaris*, „der Kranke fürchtet Uebel, von denen er offt gänzlich entfernt iſt, oder iſt einer Angſt ausgeſetzt, die ihn aller freyen Wirkſamkeit beraubt, und von der er keinen Grund anzugeben weiſs etc.

II) *Mel. Taedium vitae:* „Der Kranke weiſs ſich über nichts zu beklagen, aber nichts kann ihn frölich machen, kein Gegenſtand zieht ihn an, er ſehnt ſich nach einer Veränderung ſeines Zuſtandes, die ihm auf dieſer Welt unmöglich ſcheint.

III) Mel. metamorphoſeo-threſcia, i. e. „Einbildung einer gänzlichen Verwandlung des Körpers.

IV) Mel. hypochondr. i. e. „Einbildung eines gewiſſen Zuſtandes des Körpers, in dem ſich der Kranke nicht befindet, etc.

V) Mel. Thanatophobia, etc.

buſdam uſu obſervatis, *) ſignisque non ſatis definitis aut ad ſpeciem morborum relatis tanquam falſis vel ad individuum referendis contradicas, etſi in auctoris aſſertionibus ſaepius, quod cogat te haeſitantem aut dubitantem vincat, deſideres: negare tamen nullo modo poteris, primum ab eo ſaltem moriam, eiusque originem, cauſam et curationem praecipue pſychicam ſignis diligenter collectis ac inter ſe comparatis eſſe deſcriptam et explicatam. Maxima vero ex parte non niſi ipſa Moria eſſe mihi videtur morbus, quem melancholiae nomine deſcripſit verbis ſequentibus: „Bey der Melancholie zeigt ſich in Handlungen zwar Ueberlegung und Thatkraft; aber erſtere nur unter falſchen Vorausſetzungen oder zu Gunſten eines thörichten Zweckes, deſſen Aenderung nicht mehr in der Willkühr des Kranken zu ſtehen ſcheint, und letztere iſt entweder faſt allein auf dieſen Zweck, jenen Voraus ſetzungen gemäſs gerichtet, ohne doch beſonders erhöht zu ſeyn, oder ſie iſt, wenn ſie nicht für dieſe Zwecke oder jenen Vorausſetzungen gemäſs handeln kann, wovon, ob es ſeyn könne oder nicht, noch einiges Bewuſstſeyn vorhanden iſt, völlig unthätig.“ . . . . Oder: „Melancholie iſt eine durch die Phantaſie unwillkührliche (deswegen nicht unvermeidliche) dauernde Beſtimmung des Begehrungsvermögens. Sie unterſcheidet ſich von der Narrheit dadurch, daſs bey dieſer das Begehrungsvermögen durch eine täuſchende Vorſtellung nicht bloſs beſtimmt ſondern befriedigt iſt.“

*) Vid. e. gr. l. c. Bd. II. p. 115. „*Meiſtens geſellt ſich mit der Zeit Sinnloſigkeit zur Narrheit,*“ quod tamen, niſi mania aut aetas provecta interveniat, rariſſime accidit. Paullo ante ead. pag. ait autor: „Wahnwitz (i. e. Narrheit ohne Haupteinbildung) iſt bey Weibern häuſiger zu finden als bey Männern, dagegen trifft man unter dieſen mehr Narren der zweyten Art, (i. e.) die nur in einem Punkte verrückt ſind.“



Enimvero qui conſilium per delirium captum exſequi tendat, certe ſpem habet illud adſequendi et ipſe in moriam collapſus habendus eſt; qui enim in ſpe eſt, certe tam felix redditur, quam qui optato ipſo potitur. Igitur ſignum, quod autor tanquam pathognomonicum habet moriae, ex quo homines ea correpti ſibi ipſis maxime placeant atque, ut ait Virgilius, *felices errore ſuo* ſint, ei quoque morbo congruit, quem antea melancholiae nomine inſignivit; quod etiam ſponte patet exemplo, quo diſcrimen melancholiam inter et moriam in pleniore luce tentat collocare. Perſonam nimirum ſibi eligit fabuloſam illam Don Quixot, quem, antequam eques fuerat creatus, melancholicum, poſtea μωρον, ſine cauſa tamen ſufficiente, appellat: quae autem fuerit equitis noſtri inſania, ſi tandem furibundus evaſiſſet, optime autor expoſuit.

Quomodo vero animi morbis, moriae praecipue, ſit medendum, etſi non methodo ſirmiori, multis tamen aptis, egregiisque, ſi nimis lata et generalia *) excipias, docuit praeceptis. Liceat, quae

*) Vid. e. gr. curationem Melancholiae errabundae p. 63. ubi ait: Dieſer Anſall geht (in den Jahren der Mannbarkeit) gewöhnlich von ſelbſt vorüber; bey ältern Perſonen aber, und wenn die Krankheit ſehr heftig iſt, muſs ſowohl dem Körper geholfen werden, weil die Unbehaglichkeit im Körper die Phantaſie zu unangenehmen Einbildungen auffodert, als auch geſucht werden, dem Kranken Beſchäftigungen, die anziehen, zu verſchaffen und ſeine Furcht zu vertilgen, u. d. m.“

quae tam graviſſima quam veriſſima mihi videntur, verba repetere auctoris: „Man ſieht," inquit in diſputationis fine, „aus allem dieſen, daſs die Narrheit im Gemüth liegt, und daſs es von dem Menſchen ſo ziemlich abhängt, ob er ein Narr werden will, oder nicht. Wer auf ſeine Gefühle aufmerkſam iſt, ſie mit denen anderer Menſchen vergleicht, Eigenſinn und Eitelkeit beſtreitet, die Güter dieſer Welt nicht mehr achtet, als ſie werth ſind, ächte Religion im Herzen hat, und ſich mit nützlichen Dingen beſchäftigt, der iſt nie in Gefahr, ein Narr zu werden, ſelbſt wenn ihn körperliche Krankheiten verwirren oder wüthend machen ſollten."

Quantum denique eius interſit, ut medici rationem medendi certiorem ſequerentur atque periculoſa omitterent experimenta, his verbis exprimit: (p. 66.) „Der Arzt, der ſeine Kunſt ſicher und nicht als Charlatan treiben will, muſs ſich von dem zu unterrichten ſuchen, was theils gewiſs und nicht zufällig wirkt, theils doch, wenn es die Wirkung verfehlen ſollte, keine ſolchen Folgen haben kann, gegen welche er hernach keine Hülfe mehr weiſs."

Satis haec ſint de hiſtoria animi morborum, etſi breviſſima, nec tamen ideo prorſus, ut credo, ſterilia.

Innumeros autem de mania et melancholia, quae vulgo dicitur idiopathica, eiusque cauſis materialibus atque curatione externa ſcriptores, quisque, qui velit, ex *Repertorio med. pr. et chir.*, quod Ploucquet edidit, cognoſcere poterit.

Iam nihil reſtat, quam ut, quae quaeſiverimus ac forte invenerimus, in ſummam comprehenſa propo-



ponamus. Cauſas itaque, quibus proſperior animi morborum hucusque curatio fuerit impedita, iure ponendas eſſe colligo:

I) in difficultate, quae in re ipſa, tota nimirum pſychologia empirica et maxime in curatione pſychica *) inhaeret;

II) in ſuperſtitione hominum, eorumque lentitudine et ignorantia, quae, maximo omnium, arti ſalutari pro temporibus diverſis fuerunt impedimento;

III) in ipſorum medicorum inertia, eorumque odio et neglectu philoſophiae, nequidem eius; quae ſcholis plerumque venditatur et homines aut fidentiſſimos,

*) Recte hanc conſideravit *John Aikin*, vir horum rerum experientiſſimus, atque ideo monuit verbis, alia quoque ratione notatu digniſſimis: (Vid. eius *Thougts on Hoſpitals* überſ. in *Samml. auserl. Abh. z. G. pr. Aerzte*, Bd. III.) Die Umſtände ſolcher unglücklichen (wahnſinnigen) Patienten ſind wahrhaftig ſehr zu beklagen, zumal da ſie auſser ihrem eigenen Leiden auch anderen Perſonen Schrecken und Beſchwerden erregen und nicht nur an und für ſich für das gemeine Weſen verloren ſind, ſondern auch machen, daſs andere ihre ganze Zeit und Aufmerkſamkeit auf ſie verwenden müſſen. . . . . Bey dieſer Krankheit iſt das Traurigſte, daſs dergleichen Perſonen ſelten völlig geheilt werden und daher ihre ganze Lebenszeit hindurch die Sorge und Aufſicht geſchickter Perſonen erfodern. Da dieſe Krankheit öfters mehr in der Seele, als im Körper ihren Sitz hat, ſo muſs man die Neigungen und Leidenſchaften ſolcher Kranken vornehmlich durch Erregung entgegengeſetzter Gemüthsbewegungen zu regieren ſuchen, ein Unternehmen, daſs eine beſtändige Aufmerkſamkeit und groſse Erfahrung in ſolchen Fällen nebſt derjenigen Standhaftigkeit und Mangel aller Furcht erfodert, den man nur durch die Gewohnheit erlangen kann."

tiſſimos, aliorumque hypotheſibus, tanquam principiis firmis ac indubitatis acquieſcentes reddit, aut quae, ſi res proſperius cedit, ſaltem poſt aliquod tempus memoria excidet: ſed huius, quae animum ad cogitandum inſtituit, ſui ipſius ac rerum naturalium recta contemplationi et obſervationi adſuefacit, nec non ad inquirendum in fundamenta diſciplinae, cui addicti ſumus, ingenium acuit et excitat;

IV) in tralatitia opinione, nemini niſi theologis aut ſaltem philoſophis competere animi curam et indagationem mentis virium et facultatum;

V) in philoſophorum vanis metaphyſicis dogmatibus, hypotheſibus et argutiis, nec non in eorundem nimia animi virium, facultatum, altiorum ac inferiorum, proprietatum, habituumque diviſione et fictione. Etenim per vim quaſi mentem humanam in partes fere innumeras et minime integrantes diſſolverunt et diſſiparunt; ideoque tantum abeſt ut, etſi omnem in iis partibus colligendis et comparandis operam conſumeres, unicam inde animi actionem explices, ut potius animum ipſe confundas;

VI) in virorum doctorum neglectu ſeu abuſu eorum, quae adiumento eſſe animi pathologiae et therapiae potuiſſent; talia equidem pſychologiam empiricam, phyſiognomiam, mimicam artem et paedagogicam, ut et Politicen eſſe credo.

Cap.



## Cap. III.

### *De methodo animi morbos cognoſcendi et curandi, quid ſit, quid praeſtare debeat et quomodo ſit parienda.*

Saepe mihi cogitanti, quae tandem cauſa eſſet, cur tot tantique medici omnem aut ſpernerent methodum, aut eius nomine adeo abuterentur, ut, ſi quem medicum temere periculum remedii alicuius facientem fortuna juverit, ſtatim eius *methodum* celebrarent et imitarentur: inprimis hoc occurrit, quod plerumque medici, quid vera rerum *contemplatio, obſervatio* atque *inductio* ſit, aut plane non curent, aut prorſus ignorent. Hinc evenit, ut tam in medicina, quam in Chirurgia methodi plures tradantur, quas ſtatim quilibet perſpicax rei cenſor aut tanquam leviſſimas mentis humanae cogitationes diſcernat aut opinionibus ex mera autorum libidine et moroſitate ortis adnumeret. Equidem non dubito, quin multi artis noſtrae periti et vere amantes hoc maxime mecum doleant, quod noſtris temporibus medici, praeclaro ſaepe ingenio praediti, inductionis via, etſi laborioſa, tamen clara et ſecura, citius quam par eſt derelicta in regionem illam inviſibilem atque obſcuram confugiant, ubi temere

mere operam viribus organicis et vitalibus explorandis et definiendis impendant.

Rideant propterea qui poſſint, ego lugeo, dum multa et immenſa ſupereſſe video, quae rite explorata habere magni profecto momenti eſſet et operae pretium.

Methodum vero ſequi debere theoriam et eo aptiorem eſſe, quo perfectior haec ipſa eſt, neminem dubitare arbitror. In ipſa igitur medicinae diſciplina *methodum* nil aliud eſſe perſuaſum habeo, quam *medici rem ſingularem diiudicantis et agentis attentionem et accommodationem ad regulas et leges, quas naturales eſſe ratio antea coniecit, inductioneque quantum fieri poteſt, completa probavit.* Caeterum in naturam rerum atque mutationum leges mechanicas nobis eo usque inquirendum eſt donec omnia alia, quibuscum res, de quibus ſermo eſt, relatione forte coniunctae ſint, reſpexerimus; in rebus autem a ſenſuum conſuetudine remotioribus, hypotheſi, quae tamen ſumtionibus uſu obſervatis nitatur: iure locum concedamus.

Sed ut propius accedamus ad rem, quam nobis tractandam ſumſimus: a methodo in cognitione animi morborum, eorundemque curatione ſtatuenda, nemo magis expectare iure poteſt, quam

I) ut ea morborum diſcrimina externa adcurate explorentur ac indicentur, quae ex diverſis cauſis efficientibus orta ſint, quaeque rectam et veram morborum diviſionem firmare valeant;

II) ut ex phaenomenis et ſymptomatibus ipſae morbi cauſae efficientes, quae ſint, quomodo efficiant, colligantur et coniectentur.

III) ut, quae diſſipata ſcriptis et uſu extent ad propoſita haec conſequenda, nempe ad cognitionem morbi et curationem adminicula apta; et quaecunque ullo modo ad mentis ſanitatem ſeu aegritudinem conferre poſſint, colligantur atque collecta adhibeantur



Quo magis iuſte haec omnia peragantur, quo clarius omnia exponantur, quo tutius exerceantur, quo ſaepius denique eventu probentur, eo certior et perfectior methodus iure cenſebitur et celebrabitur.

Iam ad rem noſtram tractandam parum profecto attinet ſubtilior de animorum natura inquiſitio; ſufficit enim hoc ratum ponere: *eſſe in nobis imaginandi et ſentiendi, cogitandi et volendi facultatem utcunque appellatam: animi vero inſtrumentum ſeu organon arctiſſime ipſi coniunctum eſſe corpus, cuius ope in externa agere ſuique ipſius et mundi conſcientiam poſſit cognitionemque nanciſci.*

Haec ſalvis iis quae aliis in re aut verbis placeant dicta velim. Etenim cum aliter ſentientibus ſuper hac re congrediendi hic non eſt tempus nec locus.

Ultra ingenii humani anguſtias me minime progredi velle, quisquis videbit. Attamen ſi qui ſint, qui hoc meum differendi genus parum utile dicant, his *Leibnitii* *) verbis reſpondere liceat, qui,

*) V. *Felleri Otium Hanov. ſ. Miſcell. Leibn.* p. 189. ſeqq. ubi vir, ſaeculi ſumus ait: „*Principia doctrinae de moribus* ab experientia pendent, at non principia ſcientiae, quae ſunt definitiones. . . . . Mores autem ſunt obſervationes de eo, quod homo voluntarie facit. Signa medica ſunt obſerva-

qui, quae ipſe de re cogitaverit, obſervaverit atque in votis habuerit, ſatis indicavit ita, ut eius ſententias, etſi pravis interdum mixtas, dignas tamen eſſe cenſeam, quae continuae enarrentur et ſubiungantur.

Cum

ſervationes de eo, quod homo involuntarie facit. Affectus ſunt conatus agendi a ſenſu orti. Habitus ſunt conatus agendi orti ab aſſuefactione. Character eſt id in moralibus, quod temperamentum in medicis, cauſa omnium actionum. Character conſtat ex hominis habitu mentis (notitia), habitu corporis (aſſuefactione), et habitu corporis naturali ſeu potentia naturali (temperamento). Nam ex temperamento pendet ſagacitas naturalis, celeritas, tarditas, durabilitas affectuum etc. et quid non? *Mentes enim omnium aequales ſunt. Quomodo autem ex variis temperamentis varii affectuum gradus ſequantur, explicare magni artificii ſed et difficultatis eſt.* Conſtituto quomodo mores ex temperamento ſequantur, de quo conſule *Galenum*, adde elegantiſſime Feldenum et Hobbium. Reliqua petenda ex Medicorum ſchola, additis phyſiognomicis de arte inveſtigandi temperamenta. Caeterum qui cum hominibus negotiari vult, ei noſſe utiliſſimum erit temperamentum hominis. *Id omnibus iis artibus inveniet, quibus medicus tum aſſuefactionem tum ſcientiam* ſeu *fortiter impreſſas opiniones.* Quae rurſum vel naturales ſunt, nam quisque opiniones et obſervationes libenter arripit temperamento ſuo conſentaneas; vel caſuales ſunt, nam homo pauper aut ab aliis pendens varias ob cauſas ſaepe cogitur aſſueſcere rebus ingratis. . . . *Arte igitur in indaganda aliorum aſſuefactione vel notitia opus eſt, et varie tentandi ſunt, ita tamen plerumque ne ſentiant. Et artis hic eſt pauca principia pertentare, unde caetera, conſtituta iam arte, ratione ſequantur. . . . . Utinam haec doctrina tradita eſſet, quae certe incredibilis momenti eſt. Huius enim ope poſſumus fere cuilibet quidlibet perſuadere.* Item poſſumus ſcire, quid ab alio ſperare aut timere debeamus. . . . .

Nimis forti imaginatione iudicio nocetur. Nam qui ineptis imaginationibus valde delectatur, ſtultus fieri poteſt.

Novi



Cum vero de fundamento rei adhuc ſatis obſcurae cogito, trepido, nec moderari mihi poſſum quin cum Seneca exclamem: Quando tam multa conſequar, tam ſparſa colligam, tam occulta perſpiciam? Sed ſolamen afferunt animumque turbatum ſedant verba veriſſima *Platneri*, inquientis: „non exiſtimandus eſt, operam ſuam temere impendere, qui id ipſum experiatur, quod ſe aſſequi poſſe diffidat. Meo quidem ſenſu excuſatius peccant, qui verum fruſtra, quam qui prorſus non inquirunt.“

Quae vero noſtra ſit ſententia, quibusque nitatur argumentis et rationibus, brevibus tantum moneamus, ulteriorem huius rei tractationem in aliud tempus differentes.

## §. I.

### Animi ſeu mentis ſanitas conſiſtit in perfecta, continua et conſentanea inter ſe



omnium

Novi hominem qui Romancios ſcriptores ſaepe legendo ſtultus factus eſt, adeo ut poſtremo crederet veros eſſe. . . . . In mechanicis qui pauca principia novit, caetera facile ſupplet, at medicina maxime experientia pene tota conſtat, unde tam difficilis eſt.“ . . . . Cf. l. c. p 93 „Hinc apparet, eſſe aliquam in nobis *artem affectuum regendorum, a nullo tamen mortalium traditam.* Nam aliud eſt dicere, affectus regendos eſſe, aliud praeſcribere normas rationi, ſeu demonſtrationes iuſti atque utilis dare, aliud regulas quasdam phyſicas praeſcriber , quibus in noſtros, et quod perinde eſt, aliorum affectus poſſimus, quod volumus; uti aliud tradere, ſcientiam muſicam, aliud digitos inſtrumento aſſuefacere. Ad hanc igitur artem obtinendam opus erit, ne nimis forti et parva aut inepta imaginatione iudicio noceamus; ſed ita nos componamus, ut poſſimus omittere cogitationem aliquam, quando volumus.“

omnium animi virium et facultatum per organum aptum efficientia, quae non niſi ab arbitrio et reflexione (*Ueberlegung*) ad certos rationis fines conſulte conſequendos vel interrupta vel intenta regitur.

### Notatio.

His verbis ſanitatis animi idea proponitur, ad quam, licet nulli unquam mortalium eam adſequi contigerit, homines tamen magis minusve accedunt. Quis enim eſt, qui mentis ſemper ac rationis adeo compotem fuiſſe ſe iactet, ut omnia conſcientia ſui et conſilio egiſſet nec unquam libidini, imaginationi aut affectibus indulſiſſet? Attamen nemo propterea, quin mente ſanus ſit ille, dubitabit, qui maximo adeo incitamento adfectus et ad extrema usque propulſus haeſitat tamen atque ad leges humanitatis inviolabiles ſenſumque communem denuo redit et quaſi e laqueis mali daemonis expulire ſe valet.

Dum autem conſideravimus *corpus humanum tanquam animi inſtrumentum, aptum id eſſe voluimus*, quod vero *a ſano corpore humano*, tanquam machina organica et animali, longe differre poteſt. Namque fit ſaepiſſime, ut morbus quidam, v. c. phthiſis pulmonalis ſeu febris hectica etc., vitam noſtram animalem miſerrime conficiat, tamen ne minimum quidem animi organo vitium adferat; cum contra inſtrumentum animi prorſus inutile aut laeſum in corpore animali ſano, (exemplo ſit fatuitas) inveniamus.

Caeterum quod attinet ad animi noſtri phyſiologiam, a plurimis ſane de pſychologia et anthropologia ſcriptoribus haec traditur, quorum optimi neminem niſi rei, de qua ſermo eſt, plane ignarum, fugient.



## §. II.

Animi morbus eſt involuntaria per longius temporis ſpatium durans aut ſaepe revertens in homine antea mente ſana gaudente perturbatio ſeu privatio facultatum cogitandi et volendi, vel reſpectu certi obiecti vel reſpectu univerſae rerum cognitionis omnisque actionis, coniuncta cum efficacia virium imaginandi et ſentiendi vel ultra modum aucta vel diminuta.

### Notatio.

„*Perturbatio facultatum cogitandi et volendi*“ dixi reſpiciens eum mentis perverſae ſtatum maxime commutabilem, quo per ſingula fere temporis momenta ſana mens delirium interpellit aut ſaepiſſime ſaltem dilucida intervalla accedunt, ita, ut tali modo aegrotantes ratione inſanire videantur.

*Cogitatio* hic potiſſimum mihi eſt ea quae dicitur *reflexio*, quam *Kantius* ita deſcripſit: *Die Ueberlegung (reflexio) hat es nicht mit den Gegenſtänden ſelbſt zu thun, um geradezu von ihnen Begriffe zu bekommen, ſondern iſt der Zuſtand des Gemüths, in welchem wir uns zuerſt dazu anſchicken, um die ſubjectiven Bedingungen ausfindig zu machen, unter denen wir zu Begriffen gelangen können. Sie iſt das Bewuſstſeyn des Verhältniſſes gegebener Vorſtellungen zu unſern verſchiedenen Erkenntniſsquellen, durch welches*

*ches allein ihr Verhältniſs unter einander richtig beſtimmt werden kann.* Hinc, ſequitur, iudicia intellectus, qua talia ſeu quoad formam, etiam, ſi animi morbus adſit, recta eſſe poſſe, ideoque falſum eſſe loquendi uſum, „*Verſtandesverwirrung.*“ Rectius vero dixeris „*Verſtandesverrückung,*“ id quod etiam Maimon pluribus affirmavit, dicens (V. Magaz. f. Erf. Seelenk. Bd. VIII. St. 3. p. 4.) „Alle Menſchen, ja ſogar alle denkende Weſen haben überhaupt einerley Verſtand und Vernunft; ſie können in dieſem Betracht nur in Anſehung der Objecte und der Grade dieſer Wirkungen verſchieden ſeyn. Und ſelbſt dieſer Unterſchied liegt nicht in den verſchiedenen Beſtimmungen dieſer Kräfte an ſich, ſondern *in der Verſchiedenheit des Stoffs, den die Sinne, und der Verbindungsart des Mannichfaltigen, die die Einbildungskraft dazu darbietet.* Dieſe höhern Seelenkräfte können alſo von einer Seelenarzneykunde gänzlich wegbleiben, weil ſie an ſich keiner Veränderung unterworfen ſind.“

*Imaginationem actuoſam* facultatem eſſe ſtatuo animi principem, qua ſi homo careret, omnes profecto rationis actiones ceſſarent, nullaque hominibus niſi beſtiarum ſupereſſet conditio.

*Facultas ſentiendi* tam ad corpus quam ad ipſum animum pertinet: etenim haec quidem agit ope et medio corporis, quatenus eſt animi inſtrumentum, attamen niſi cum mutatione in ſenſorio facto ſimul conſcientia nec animi perceptio (Vorſtellung mit Bewuſtſeyn) coniuncta eſſet, omnis profecto ſenſus et ſentiendi facultas ceſſaret. Atqui recte haec facultas vinculum animum inter et omnes res ſenſibus obnoxias adpellatur: nam per ſenſum rebus externis affectum certae efficiuntur in animo mutationes, quibus proxime phantaſia (ſpontanea quidem) impellitur atque dirigitur, niſi forte interna, ex ipſius phantaſiae intentione orta, ſenſus affectio fortior ſit et validior quam externa. Eodem modo et ipſa imaginatio mutua vice per ſenſum vel ſponte ſua vel rationis iuſſu certas in ſenſorio mutationes efficere easque figere et tenere poteſt, ita ut animus de conditione rerum, quotquot ſenſibus ſubſunt, notiones ſibi formare polleat. Ex interna ſenſus affectione fortiſſima, *ecſtaſis* oritur; ſenſus vero externe maximopere tum afficitur, ſi per dolorem atrociſſimum vel aliud incitamentum cogitandi vigor (Beſinnung) et conſcientia ſui ipſius, ut in animi deliquio, tollitur. Horror exemplo eſſe poteſt ſenſus affectionis tam internae, quam externae, qua etiam ratio interpellitur aut cogitatio prorſus tollitur, ſaltem ad quaedam momenta.



Eiusdem quoque ſentiendi facultatis ope tam voluptate quam dolore afficimur atque arctiſſime tam appetitio quam averſatio cum illa coniuncta eſt; omnis denique conſenſus, qui animo eſt cum corpore, omnisque animae paſſio hac nititur facultate. Quaecunque igitur in corpore noſtro per apta inſtrumenta, ſeu ut ratum habemus, per cerebrum et nervos cum animo coniuncto, mutationes contingant, hae ſimul ab animo tanquam ipſius mutationes participari poſſunt.

Iam ſponte ſequitur, nullam, dum homini vis cogitandi et volendi reſtat integra, mutationem ſenſus externi ſeu interni, eiusve oppreſſionem aut extinctionem, nec imaginationis errores, nullaque phantasmata inde oriunda, nec memoriae vitia aut oblivionem, nullam denique ſtupiditatem, torporem aut fatuitatem, nec damna, quaecunque ex organi animi

animi deſtructione aut extinctione proveniant; nec quae inſomnio aut ebrietate accidere poſſint, inter animi morbos eſſe referenda, omnisque propterea uberior expoſitio ſupervacanea eſſet.

Porro ſupra dixi, privationem facultatum cogitandi et volendi ad obiectum quoddam interdum eſſe reſtrictam, quibus verbis deſcripſiſſe mihi videor homines ita mente alienatos, ut eorum animus in ideam quandam falſam defixus teneatur aut in certam actionem, violentam et temerariam, tanquam neceſſarie peragendam intendatur.

Niſus ſeu conatus animi oppreſſi ad temerariam et violentam actionem interdum oriri poteſt ex idea falſa et vana, in quam antea animus fuerat defixus, interdum etiam opinio tantum firma et temeraria adeſſe ſolet; in aliis ſola appetitio eſt actionis violentae, qua perpetrata animi oppresſio et anxietas omnis ſtatim removetur. Hoſce homines ingenioſos plerumque imo callidos invenimus circa remedia et auxilia, aptiſſima interdum ad finem propoſitum conſequendum; verum de ipſius finis atque conſilii congruitate, nimirum de iuſto aut rationis ac prudentiae convenienti plane nulla eſt cogitatio. De triplici hoc ſtatu praecipue loqui videtur Platnerus, dicens: „nulla tam gravis eſt mentis alienatae aegritudo, per quam vel finis contingendi ſtudium vel mediorum inveniendorum et comparandorum facultas et ſollertia omnis neceſſario tollatur. Quin potius eorum, qui etiam cum furore deſipiunt, admirabilis nonnunquam et iudicandi ſagacitas et agendi ſollertia deprehenditur in rebus iis, quarum perpetua cogitatione animus quaſi defixus tenetur.“ Vid. *Ern. Platneri* Progr. exhibens *Quaeſtiones med. forenſ. I. de amentia occulta* p. 8. Idem quoque exempla ſtatum commemoratum triplicem illuſtrantia, tum loco iam allegato, tum etiam in *Quaeſt. med. for. II. et III. de amentia occulta* et *dubia* attulit et enarravit.



Si vero amens neque res neque homines agnoſcit ſtatusque ſui tam conſcientia quam reminiſcentia ob celerrimam idearum ſucceſſionem plane caret, tum certe omne iudicium et cogitatio abeſt, quod in hallucinationibus et deliriis ſive blandis, ſive furioſis haud raro accidit.

## §. III.

Mentis morbus eſt vel *idiopathicus*, cuius fons atque ſedes, ſeu cauſa et ſymptomata in animo ipſo eiusque organo apto quidem ſed male uſurpato, reperiuntur; vel ſympathicus, qui ex corporis morbo, tanquam cauſa occaſionali, per conſenſum morboſum ſeu compaſſionem in animo imbecilli et diſpoſito oritur, ſeu potius data per corporis malum occaſione, modoque non neceſſario erumpit. Huic quidem *veſaniae* (*Wahnſinn*) nomen illi vero *amentiae* (*Wahnwitz*) congruere videtur.

Minime ignoro, pathologiae ſcriptores plerumque mentis morbum idiopathicum eum hucusque nominaſſe, cuius cauſam et ſedem in cerebro eiusque vitiis organicis ſeu affectione a materia morbifica, v. c. metaſtaſi, exoſtoſi, ſcirrho, extravaſatione, lymphae et ſeri effuſione, duritie aut mollitie cerebri nimia, in meningibus induratis aut incraſſatis, adeoque in lapillis glandulae pinealis etc. quaererent: verum

verum circa hoc medici celeberrimi fere omnes in errore verſari mihi videntur. Etenim ſi conſtat, naturam animi prorſus diverſam eſſe a natura corporis, morbi etiam corporis longe alii ſint oportet, quam animi, cui alienato cum malo corporis nulla *per ſe neceſſaria* eſt communio, alioquin, ſi nempe ſedes et cauſa morbi mentalis in corpore aegroto, cerebrique vitiis reperiretur, nomen adeo ipſum *morbi mentalis* prorſus inutile et tanquam verbum inane eſſet tollendum.

Ex priſcis autem medicis nemo, quantum nobis quidem inveſtigare licuit, morbum animi idiopathicum, a nobis ſupra ſic nominatum cognovit, nec intellexit, niſi forte Empedoclis adſeclae, quod teſtatur *Coelius Aurelianus: de diuturn. ſ. tard. paſſion.* Lib. I. Cap. 1. his verbis: „Empedoclem ſequentes alium (ſcil. furorem) dicunt *ex animi purgamento fieri*, alium alienatione mentis, ex corporis cauſa, ſive iniquitate, rel.“

Amentia igitur ſolummodo ex animi virium abuſu aut neglectu oritur, nec ullo modo a corporis morbo, licet talis coexiſtat, tanquam a cauſa pendet, neque in animo vere ſano, forti ac bene compoſito effici poteſt. Corpus contra humanum multo magis ab animo pendet, quam animus a corpore, (hoc enim homini *animi cauſa*, et tanquam eius inſtrumentum datum eſt;) unde ſequitur, morbos corporis omnino gigni poſſe tam ex mentis ſanae nimia intentione, quam ex perverſa mentis alienatae actione, qua vires corporis conſumantur, eius functiones conturbentur, animique ipſius aegritudo deterior et pertinacior reddatur; ideoque omnino cum animi morbo malum corporis, tanquam ſymptoma ſymptomatis, minime vero cum corporis morbo ſympto-



ſymptomata mentis alienatae, nexu nimirum cauſali coniuncta eſſe poſſunt. Neque praeterea facile cuidam veniet in mentem, hominem vel a prima aetate animi virium uſu plane deſtitutum, vel poſtea eodem privatum, ſtupidum nempe et fatuum, aut ſenem imbecillem, aut ſenſus externi v. c. viſus ſeu auditus vitiis laborantem, animo aegrotantem appellare, tum quia mens et ratio aut plane abeſt, aut adeſt quidem, et quoad agit, recte agit, licet minimo gradu efficax finibusque anguſtiſſimis incluſa ſit, tum quia facile quilibet perſpicuum habebit, cauſam aut in corporis materie, animo intractabili (unde rationis negatio) aut laeſione animi organi antea ſani et apti ex quavis cauſa morbifica eſſe quaerendum. Tales quidem ſtatus morboſi ſaepiſſime arti ſalutari ita reſiſtunt, ut vinci ſe haud patiantur: attamen ubi animo perverſo antea ſano lucida interdam intervalla incidunt, rationisque veſtigia etſi perpauca et obſcura ſuperſunt, ope therapiae pſychicae vel ſola, vel, ſi ratio poſtulat, una cum medicina adhibita morbus propelli poterit. Nam ſi animi vires adſunt, licet perverſo modo efficaces, recte etiam agentes et integrae reſtitui poſſunt.

Equidem haud intelligere me fateor, quomodo medici vitia (paulo ante commemorata) organica cerebri, poſt mortem plerumque mente captorum reperta, cauſam amentiae proximam eſſe iudicaverint, cum exempla perplura in promtu ſint, (Vid. *Zimmermann: von der Erfahr. in d. Arzneyk.* und I. E. *Gredings ſämmtliche medizinische Schriften*, II. Th. 1790 u. 91.) quae nos doceant, talibus vitiis laborantes ſimulque mente alienatos non caruiſſe multis interdum longisque lucidis intervallis, aut ſaltem per dies nonnullos horasve ante mortem, ſanam mentem in totum recuperaſſe.

Neque

*Neque vero animi morbum ſympathicum* oriri ex corporis morbo tanquam ex cauſa efficiente et proxima, ſed tanquam ex cauſa occaſionali, ſupra iam diximus. Cave tamen hanc ſympathiam eandem eſſe putes, ſcilicet naturalem, quae ſtatu animi ſano corpus et animum intercedit, antea uberius explicatam; animus enim per conſenſum illum naturalem corporis tam ſani quam aegroti affectus dolorificos atque iucundos diſtinguit et percipit, nec illos quidem tanquam ſui ipſius, ſed quales re vera ſunt, tanquam corporis affectus. Verum aliter res ſe habet, dum animus perturbatur, corpusque ſimul aegrotat; nam ſicut nonnullae interdum aegroti corporis partes compatiuntur, quae ſanae aut plane nullo aut ſaltim ut apparet leviſſimo conſenſu coniunctae ſunt, ita etiam animi male compoſiti, ideoque ad morbum diſpoſiti vel auctus vel plane alius eſt cum corpore aegroto conſenſus. Si igitur corporis morbus, quod omnino requiritur, laborioſus, anxius et acerbus eſt, nervosque vehementer conturbat, quod accidit e. g. in morbis acutis, in hypochondriaſi, aſthmate, rel., ſtatim animus plus minusve captus, ſeu phantaſia iam perturbata hos ſimplices corporis dolores moleſtias et angores vertit in animi affectus et pathemata cum ſimilibus ſenſus affectionibus coniuncta, dum ſimul cauſas animi paſſionum fingit et addit, verumque corporis male ſe habentis ſtatum obliviſcitur. Inde quoque illuceſcit, quare ſaepius, ſi morbis hiſce externis ſtatim medela adhibeatur, delirium ſimul ceſſet, quod ſymptoma minime eſſentiale febris aliusve morbi, ſed mere accidentale eſt. Animi itaque morbus ſympathicus, ſi accuratius in eum inquirimus, duplex eſt, nempe tum animi tum corporis morbus; hic autem, ſi gravis eſt atque periculoſus, recte quidem tanquam primarius ſeu



ſeu caput morbi, ille tanquam ſymptoma conſideratur, uterque vero methodo alia remediisque plane diverſis ſanatur. Huic autem ſympathico animi morbo, quatenus corpus ſpectat, cognoſcendo atque ſanando medici adhuc omnem operam adhibuerunt; neque inutilem cauſis eius inveſtigandis et removendis laborem impenderunt.

## §. IV.

Morbus animi proprie ſic appellandus ſeu idiopathicus eſt a) *phantaſticus*, i. e. celerior et ſine ſufficiente mora repraeſentationum animi, praeſigurationum et effictionum conſecutio, ex nimia phantaſiae ſenſusque affectu et exagitatione orta, ita ut neque a mente illae teneri, neque conſiderari queant; b) *patheticus*, qui conſiſtit in impreſſionibus ſenſorii ex phantaſia ortis adeo fortibus, continueve repetitis cum nimia appetitione aut averſatione coniunctis, ut imaginatio ipſa in certa idearum aſſociatione figatur atque detineatur. Uterque autem animi ſtatus voluntariam imaginationis efficaciam, idearumque aſſociationis mutationem tollit. In diviſione autem *morbi animi ſympathici* corporis aegroti ſymptomata, ſi praevaleant, reſpiciuntur.

### Obſervatio.

